



Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 17. De Wihrico comite et eius bonis traditis in villa Hretha in pago
Nethga, nec non de manso tradito in villa Honesleva in pago
Northhuringi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

§. 16.

Tradidit uulflicus in *loingo* (y) quidquid ibi habuit testes hildiuerc Corbe-
habert hrothard albmer liuduuard uuulfger adic adalger uualding fridubald iam Ad-
febern odulf. guber-
nante
Corbe-
lardo.

§. 17.

Tradidit *uuibricus* comes in *hretha* (z) quidquid ibi habuit testes ual-
dric attid uuala ichard sihard addo helmulf hunuuard tudil alduuin.
tradidit uulthard pro anima patrif sui hoger mansum unum (A)
. . . . testes folcmaruf thiado radulf sihard suitger ueringelo heruarcp.

§. 18.

floremus, animi sinceritas nobis prorsus haud permittit, vt credamus, litteras
istas esse genuinas, atque e seculo X residuas. Qui protographum membranae
naceum ac sigillum inspexerunt attentius, vtrumque esse suppositum, testan-
tur. *Dengdi* esse videtur *Denkte*, vicus ab vrbe Wolfenbuttel vix iter vnius ho-
ra situs. *Witmari* est *Witmer*, cuius ecclesia est filia ecclesie in Denkte, ad
quam ecclesiam eriam spectat ecclesia in villa *Sotmer*. *Weuerlingi* autem esse pos-
set vel *maior* vel *minor* vicus *Weuerling*. Ille adhuc supereft, iacetque inter
Eilen et Detten vicos, hic autem est desolatus, stetique inter Gilzen et Grossen
Weferling in campo, vñque in hodiernum diem adhuc dicto *das kleinen Wefer-*
lingen feld. Vram autem villam intelligere malis, vtraque tamen villa
ultra miliare non abest a vico Denkre, qui spectat ad prefecturam Wolfenbut-
tel atque ad inspectionem Kissenbrück. Addimus ergo amplius nihil, nisi vt di-
camus, nos in Historia Corbeiensi inquisuisse in erroneam eorum sententiam,
qui arbitrii sunt, pagum *Derlingo* olim fuisse comprehensum vel sub pago
Northhuringi, vel sub pago Hardego. Eadem enim sententia ex eo est orta,
quod putarunt, vnam eandemque esse villam, que tam pago Derlingo, quam
pago Hardego tribuitur, et vnam eandemque esse villam, que tam pago North-
huringo, quam pago tribuebatur Derlingo. Supra ostendimus, hanc sententiam
talo niti infirmo.

- (x) *Bennuco, Beuo, Enno, Thedinchb*, et alia nomina, vt vides, propria in nostra Sa- De nomi-
xonie olim erant vñitatisima. In eadem Saxonia reperiebant villa nomine *Bennukenstein*, *Beuenhus*, *Ennenhus*, et *Ibedinchhusen*, id est, Bennu- nibus, vñ-
de villa
conis lapis, Beuonis domus, nouale Beuonis, Ennonis domus, Thedinchii do- sunt di-
mus. Patet ex hoc, nomina, indita villis, petita fuisse a nominibus propriis
possessorum earum. Hæc obseruatio facit ad deregendas fictiones quorundam,
qui imprimis seculo XVI. deduxerunt nomina villarum atque urbium, nescio e
quibus actionibus mirabilibus, quarum Ioh. Letznerus et Cyriac. Spangenber-
gius aliquie summi fuere artifices.
- (y) *Loingo* villam fuisse in pago *Enterigavi*, docet nos diligentissimus abbas noster Devilla
Saracho in prestantissimo suo Registro Bonorum et Prouentuum Abbatiae Cor-Loingo.
beiensis. In comitatu Hoiano eundem existisse pagum infra demonstrabimus.
An vero intelligatur vel *Lohe* in praefectura Nienburg, vel *Lohe* in praefectura
Ehrenburg, vel *Loge* in praefectura Hoia, que villa, teste celeber. Dom. Gru-
penio in *Discept. Forens.* p. 874. spectat ad parochiam Martfeldensem, in medio
relinquimus. Fortasse nobis alio tempore occasio dabitur, in huius villa situm
accuratius inquirendi.
- (z) *Hretha* erat, testante Sarachone in Registro sibi laudato, sita in pago *Nethga*. De villa
Hic pagus non est dictus Neltiga, neque fluuius ad quem illum fuisse perhi- *Hretha*.
bent, appellatur Nelte, sed Nethe seu Neite. Vide et corrigere *Origines Pyr-*
mont. p. 164. num. 7. *Hretha* probabilissime est *Rothe* in episcopatu Paderbor-
nense, non procul ab oppido Beuerungen ad Wiseram sita. Comes *Wibricus* re-
ferendus videretur ad progenitores comitum Euersteinenfum.
- (A) Villa, que in codice traditionum nostrarum legi non potest, in Registro abbatis Devilla
Sarachonis appellatur *Honesleua*, quam existit in pago Northhuringi perhibet ille Hones-
vene- leua.